



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

DE || LIBERTATE || CHRISTIANA ||

Lensaeus, Johannes

Antverpiae, 1590

Prooemivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46059](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46059)

D E
CHRISTIANA
LIBERTATE
LIBER VNDECIMVS.

PROOEMIUM.



XPLICATIS superioribus doctrinae huius capitibus, quam haecenus de Christiana libertate sumus profecti: non abs re putavi futurum, si ex aduerso Caluini eadem de re doctrina ex integro proponeretur. Tum quod doctrinae Catholicae lucem reddet illustriorem, falsitatis ista cum veritate contentio: Tum quod ex ijs quae sunt hucusque tractata, non admodum est iudicatu futura difficilis, nouitij hac in parte dogmatis, posteaquam iudicata fuerit, absurditas.

CAPVT I.

Que sit Caluini de Christiana libertate sententia.



TAQVE Ioannes Caluinus cum de Christiana libertate sibi tractandum esse praefaretur; negat primum eius rei explicationem praetermitti ab eo debuisse, cui summam Evangelicae doctrinae compendio complecti propositum esset. Rem enim esse hanc apprimè necessariam, accitra cuius cognitionem nihil ferè sine dubitatione conscientiae aggredi audeant. Deinde Christianam libertatem partibus docet consistare tribus. Quarum prima eaque potissima sit, vt fidelium conscientiae sese supra legem erigant atque efferant, totamque legis iustitiam